nonnullos Consiliarios nr̃os ut condonaremus et siquidem literis his ve
[illegible] condonamus Nobili [illegible] omnes muletas quas pertulerat et pe
nas nr̃as Regias dicerentur quibuscum Nobilis alijsq quippiam ad
versanti in Judicio Castri [illegible] cum eo disceptantes ante hoc tempus
damnandum et mulctandum curarent. Idq nos fecisse eo potissimum adducti
quod cum adversarijs iam in gratiam redisse ac omnes iniurias condonasse
se dicatur. quod potissimum Generoso [illegible] Capitaneo nr̃o [illegible] denunciantes
mandamus ut ne eas quas nos condonasse commemoravimus culpas et muletas
a Nobili [illegible] nomine nr̃o exigat. sed eum cum quod quidem ad eam rem
attinet beneficio nr̃o absolutum intelligens missum faciat. Gratia [illegible]

Ordinatio Stephani I Regis Polon. in civitate Crac. facta in A° D. MDIIJ.

Stephanus etc. Significamus praesentibus literis nostris quorum inter-
est universis et singulis. Quia nos bonum ordinem Civitatis nr̃ae Crac.
promovere praesertim quod animadverteremus rationem Judiciorum et officio-
rum Civitatis eiusdem talem esse ut abusus quidam irrepisse in
ea viderentur Consiliariorum nostrorum consilio communicato vocatoq ad
se Magistratu Civili ordinationem praesentem in eadem Civitate nr̃a Crac.
perpetuo observari statuere et promulgare esse duximus quemadmodum
per praesentes statuimus et promulgamus. Primum cum videamus ple-
rosq homines ex levissimis causis mandatorum literas a nobis impe-
trare eaq interdum poenalia officijs civilibus obtrudere et sic perfice-
re velle ut potius instantia ipsorum (aliquando importuna) quam iuri cognita-
tiq satisfiat. Ideo mandata e Cancellaria nr̃a posthac nulli edi man-
dabimus quemadmodum praesentibus mandamus quibus legitimus iu-
ris et instantiarum ordo et usitatus Judicij processus in quibuscunq
causis et actionibus ad Civitatis iurisdictionem pertinentibus suspen-
datur vel impediatur. Quod si tamen pro causae vel actionis qualitate
Magistratus vel partium informationem res desiderare videbitur tota
causa quemadmodum ab eo qui mandatum aliquod petierit narrata
fuerit eodem comprehendetur. Ad quam narrationem si quid responden-
dos vel aliter informandos nos successoresq nr̃os Magistratus censuerit
per eum qui cum eo mandato se appellaverit clausis literis inter
bimestre tempus adire exhibitionis mandati id faciant. Quod si [illegible]
termiserint et is qui mandatum attulerat protestatus eo nomine
legitime fuerit eiusq rei instrumentum indubitatum protulerit
aut vero fecerint quidem sed tamen non satis causae fuisse quominus
prius mandatum exequuti sint nos successoresq nr̃i censuerint
tum demum ad poenalia procedetur. Cum autem vigore privile-
gij Serenissimi olim Vladislai Regis antecessoris nr̃i ad causas quae Civi-
bus Crac. sive inter se sive cum alijs extraneis personis inter-
cedunt Commissarios deputari facultatem nobis reliquisset semp
voluimus decrevimusq ut commissiones ad eas omnes causas
quascunq vigore declarationis nr̃ae ad Commissariorum nostrorum Judicium
deducentur in personas iuratas et in officio constitutas dentur
Ita ut cum personam non iuratam nec in aliquo officio constitutam

excipere eiusq Judicium parti cum quam commissio impetrata fuerit
declinare integrum sit. Cum etiam animadverteremus de
aperiendis et excludendis portis plerumq rixas et contentiones excitari
atq eo nomine difficultates et alia Magistratui civili comparari sta-
tuimus et decernimus ut portae civitatis statim post pulsum campa-
nae iux antiquam consuetudinem occludantur nec cuiq ante ortum so-
lis aperiantur. Ita tamen ut personarum insigniorum et senatoria di-
gnitate constitutarum ratio habeatur. Deinde cum compertum habe-
remus bonorum iure caduco ad nos devolutorum eam esse rationem
ut nonnulla supprimantur nonnulla etiam quamvis ad ius caducum
non pertineant deferantur volentes eam reprospicere ne vel homines
frustra molestentur, vel nobis etiam et Fisco nro iuramento obstrictus
aliquid decedat. Statuimus et ordinamus ut in consulatu sit unus
nobis et Fisco nro iuramento obstrictus qui pro fide et conscientia
sua videat, ne vel ea quae nobis et Fisco nostro debentur suppri-
mantur, vel homines praetextu iuris caduci litibus involvantur.
Edocti etiam sumus ex causis et actionibus quae hactenus
ad Judicium nrum devolvebantur esse nonnullos Consules Crac. qui
ad Judicium Civile in causis privatis et nomine privatae iniuriae
citati contra competentiam Judicis dicunt et forum declinant
asserentes se non nisi coram nobis respondere debere. Deinde
vero postquam literis citationis nris ad Judm nrum vocati fuerint
iterum ad forum competens Judicium scilt Civile provocant. Itaq
ne id in posterum aliquam Judicij perturbationem pariat vel ter-
giversationem promoveat. Volumus et decernimus ut quandoq sive
omnes Consules sive aliquis ex illis conveniatur ratione officij sui
Consularis pro excessu in eodem officio commisso non alibi nisi
coram nobis vel Comissarijs nostris in Arce nra Crac. iux decla-
rationem nram stare teneantur. Quoties vero Consules vel ali-
quis eorum occasione debiti successionis contractus iux alicuius priva-
tae iniuriae ius vocabitur teneatur coram Judicio Civili respondE-
re et sese causis iure mediante iustificare. In rotulis vero
cum errores et negligentias saepius experti essemus statuimus
et ordinamus decernimusq ut deinceps Rotuli omnes quicunq
a Judicio Civili Crac. ad Ius supremum Magdeburgen trans-
mittentur non nisi in pntia partium eorumve Procuratorum occlu-
dantur atq omnis processus qui in Rotulum imponendus est
in earum pntia legatur vel illis ad legendum communicetur. Munii-
menta item omnia per partes producta suo ordine in illarum p-
sentia reponantur et in rotulum includantur. Si vero aliqua
partium vel Procurator ips eorum ad occlusionem roteli per
Bedellum Judicij personaliter vocatus non venerit extunc il-
lius absentia non obstante. Officium Rotulum alteri parti on-
dat et sic demum occludat et cui pertinet extradat. Postre-
mo cum plurimum intersit ut Procuratores apud Ju-
dicia iurati sint volumus et decernimus ut quolibet Anno

389

iux antiquam consuetudinem iuramentum a Procuratorib[us] qui in Judicio civili causas agunt exigatur illudq[ue] fiat non iux novam formulam per Magistratum civilem non ita pridem conscriptam ex Decreto nro sublatam sed ex Prs antiquis formulis in ordinatione Serenissimi olim Sigismundi Regis contentam iux dicta tam ante-cessorum nostrorum quam etiam nra de iuramentis eiusmodi pro-lata Quam quidem ordinationem nram in omnibus punctis et clausulis vim et robur habere perpetuoq[ue] observari debere decernimus Harum quibus sigillum nrm est appensum testimonio litterarum.

Mandatum S.R.M. ad Scab. Crac. ut appellonem ad S.R.M. admittant vacante Advocato Crac. Arcis Juris supremi.

Famatis Advocato et Scabinis Juris inferioris Civitat. nostrae Crac. Fid. nobis dilectis gratiam nram Regiam Famati Fid. nobis dilecti. Prosequitur ius suum coram Judicio Fid. vestrarum Excellens Simon Simonius personae nostrae medicus occasione damnorum et litis expensarum cum Honesta Magdalena Kibbanowska matre Uxoris suae. Itaq[ue] si aliqua pars eorum gravatam se esse sentiens a sententia Fid. Vrarum appellaverit vacante interim Judice sive Advocato Juris supremi Theutonici Arcis Crac. nra ad Judm nris nrae absq[ue] ullis dillationibus et procrastinationibus appellonem admittant Pro gra et debito officiorum suorum secus non faciant

Citatio oppidanorum occone denegationis Podwoda cubiculariys S.R.M. dari solita et consueta

Stephanus &c Vobis Famatis Proconsuli Consulibus Advocato Scabinis atq[ue] Communitati totius oppidi N. nostri quorum nomina et cognomina hic habere volumus pro expressis ex officiys ac de personis bonisq[ue] vestris omnibus mobilibus et immobilib[us] Mandamus ut coram nobis et Judicio nro Cracoviae aut ubi tunc cum curia nra foeliciter constituti fuerimus N. post festum N. proxima peremptorie comparaeatis Ad instantiam omnium et singulorum oppidanorum nostrorum N. in terra N. consisten[tium] Citamini propterea Quia vos cont. antiquam consuetudinem et praescriptum Constitutionum Regni Podwodas per oppidanos praefatos N. cum servitoribus seu cubiculariys nostris in oppidum nrum N. pro exigentia itineris cubiculariorum nostrorum importatis quas vos ab ipsis iux morem antiquum et ex praescripto Constitutionum Regni recipere ac tandem in alia viciniora